

ritu sancto est: igitur, cum concepit beata Virgo Spiritus sancti aura fecundata, integra mansit eius virginitas: unde divus Matthaëus post illa verba continuo adiunxit (Matth. 1): *Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino pro prophetam: Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium;* quibus verbis, licet id obiter dicat, hæc duo coniungit, virginem, et habentem in utero, ubi apertissime maternitatem cum virginitate copulat, ut sic iam cessent hæretici Ebionitæ ad sensum divinum misere confugere, cum certe compositum propheticum, et evangelico oraculo audiant luculentem salis conestatum. Idem etiam divus Matthaëus (cap. 1), dum enarrans Christi genealogiam usque ad Iacob, ait: *Iacob autem genuit Ioseph, virum Mariæ, de qua natus est Iesus:* nolenter dixit, de qua, non de quo, aut de quibus, ut significaret Christum fuisse genitum ex sola Maria, non ex Ioseph: si enim ex utroque Christus natus fuisset, non est, cur evangelista fugeret dicere, ex quo, vel ex quibus natus, nec erat cur Matthaëus mutaret sylum, sed postquam dixit: *Iacob autem genuit Ioseph,* consequenter oportebat subiungere, *Ioseph autem genuit Iesum:* cum ergo id non dixerit, manifeste relinquunt Mariam non ex viro concepisse. Extat item illud d. Lucae (testimonium cap. 1): *Inventa est in utero habens de Spiritu sancto:* certe in materno utero communi modo concipiente non invenitur foetus, sed ab extrinseco venit ex virili semine; quia tamen Virgo ex obumbratione Spiritus sancti conceperat, Christus fuit inventus in illa, ut his verbis explicuit d. Hieronymus epistola ad amicum ægrotantem: *Semen promissum est mulieris, quod secundum hominem Dominus Deus noster est, qui non infusus est in utero, sed inventus, Evangelista confirmante, cum dicit de Maria: inventa est in utero habens.* Accedit ad hæc testimonium divi Pauli (Galat. 4) vocantis Christum Dominum factum ex muliere: si enim Virgo Christum Dominum ex viro concepisset, certe cum vir principalis, quam foemina concurvat ad generationem filii, non erat cur divus Paulus fugeret vocare illum filium viri: vocans igitur illum factum ex muliere, id absque dubio dixit, ut illum humano carnis patre, atque adeo ex intacta virgine conceptum indicaret. Ponderat in hunc modum præsentem divi Pauli locum magnus pater Hieronymus (serm. ad Galat. 4), qui ait: *In eo quod dixit, ex muliere, monstrat non more solito ex conventu viri, et foeminae, sed per Spiritum sanctum ex matre Christum incarnationem hominis suscepisse; nam idem apostolus ad Corinthios scribens ait: Sicut mulier de viro, ita et vir per mulierem: unde sicut in principio generationis mulier ex viro sumpta est, ita et Christus secundum carnem ex matre tantum est.* Cum item divus Paulus (1. ad Corinth. cap. 11) dixit: *Sicut mulier de viro, ita et vir per mulierem,* hoc ipsum non obscure significavit, ut his verbis explicavit idem divus Hieronymus (in commentario huius loc.): *Sicut in principio generationis mulier ex viro sumpta est, ita Christus secundum carnem ex matre tan-*

tum est. Et divus Hylarius (lib. 10. de Trin.) explicans locum Pauli (1. Corinth. 15), ubi Christum Dominum hominem coelestem vocat, ait: *Hominem dicens, natiuitatem ex virgine docuit, quæ officio usa materno, sexus sui naturam in conceptu, et partu hominis excecata est: et cum ait, secundum hominem de coelo, originem eius ex supercendente in Virgine sancti Spiritus aditu testatus est. Atque quum et homo est, et de coelis est, hominis huius, et partus a virgine est, et conceptus ex Spiritu est.* Et divus Ambrosius (epist. 97) ex verbis Christi Domini in cruce commendantis Mariam Iohanni virgini, ut acciperet illam in suam, inquit: *Qui hæc tigit in evangelio, quomodo quasi naufragus titubabat, et fluctuat? Non ergo testamentum filii est de matris integritate? hæc Mariæ leuceptis integri pudoris hæreditas.* Ac tandem si hebraicam linguam consulamus, in qua eadem vox, et præsens, et futurum pariter tempus denolat, facile inde deprehendemus, quod cum beata Virgo dixit verba illa supra relata: *Quoniam virum non cognosco,* non solum significavit virum nunquam cognovisse, sed neque nunquam illum cognoscituram esse, cum virginitatem suam perpetuo servandam Deo iam consecrasset. Ad hæc crudissimus Maldonatus virginitatem Mariæ post partum colligit ex verbis divi Lucae (cap. 2): *Partum filium suum, et pannis eum involvit:* nam si Christum parturiens violaretur, consequenter instar aliarum parturientium dolores in partu sustinisset, unde non potuisset expedita manere ad involvendum continuo pannis filium suum; maxime quod primus partus solet parientem gravius excruciare, et debilitare propter maiorem, ut in plurimum, eius difficultatem: cum igitur beata Virgo filium suum, cum primum natus est, facile poterit pannis involvere, et similia alia obsequia ei præstare, non leve indicium est eius post partum virginitatem indicans. Quare Ecclesia catholica, tot apertis prophetarum oraculis, ac evangelicis monumentis innitens, veritatem hæc de perpetua virginitate, tanquam catholicum fidei dogma delineavit in V. Synodo cap. 6. et in Synodo VI. action. 11. in Synodo VII. artic. 13. in confessione Tharasi in concilio Lateranensi sub Martino II. canone 3. et in concilio Nicæno, cuius symbolum canit Ecclesia asserens, *Christum natum ex Maria Virgine;* unde inter alias laudes, quibus illa Deiparæ Mariæ virginitatem colonesat et exornat, illa mirabilis est, et omni acceptione digna, quod non contenta vocare Mariam *Virginem virginum,* eam compellat ipsam virginitatem: *O sancta Virginitas, quibus te laudibus efferam, nescio, quia quem coeli capere non poterant, tuo genio contulisti!* sicut enim vulgari loquendi sermone ad exaggerandum quempiam valde liberalem, aut modestum esse, abstractis nominibus utimur, dicentes: *hic est ipsa liberalitas, ille ipsa modestia,* ac de Deo dicimus non solum esse bonum, sed *ipsam bonitatem;* ita Ecclesia catholica ad exprimentam magis Marianæ virginitatis perfectionem, quæ concepta, et partu illustrior facta est, non solum appellat Mariam virginem, sed ipsam virginitatem.

quidquid omnes hæretici oblatrent. Quibus sane recte quadrat illud Ovidii (4. de Fastis), quod in defensionem Claudiae virginis protulit, quæ navem per Tyberim fame trahebat:

Claudia quinta genus clauso referebat ab alto.
Nec facies impar nobilitate fuit.
Casta quidem. sed non est credita, rumor itaque
Læsærat, et falsi criminis acta rea est.
Conscia meus recti famæ mendacia ridet,
Sed nos in vitium credula fœcha sumus.

Huius tamen credulitatis, ac falsæ, et hæreticæ opinionis debitas sumet poenas supremus Iudex, cui sit honor, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA X.

Variae metaphoræ, egregiæque similitudines ex divinis eloquiis de promptæ eandem Deiparæ Mariæ virginitatem mirifice confirmant.

Cum Marianæ virginitatis versipelles hostes totis viribus moliantur sacerrimam Mariam candidissimam, pulcherrimamque virginæ suæ integritatis veste sacrilego ausu expoliare, et ex virgine non virginem impudenti facere, opus est contra has truculentas belluas mille arma sumere, inter quæ, quia *gladius spiritus, quod est verbum Dei,* quo hucusque nisi sumus, omnium optimus, et fortissimus est, idem armorum genere pugnare insistens, ex divinis eloquiis varios tropos, singularesque similitudines deponam, quibus magis inveteranda hæreticorum, et Iudæorum petulantia retundatur, virginitatisque illius catholica veritas magis solidetur. Unanimis sane est non solum prisorum Patrum, sed et hebræorum magistrorum sententia, virginitatem matris Messias præfigurari per terram paradisi omnis humanæ culturæ expertem, per rubum ardentem incombustum, quem vidit Moyses, per virgam siccam Aaronis, florem, et fructum germinantem, per virgam Iesse, de cuius radice flos ascendebat, per vellus Gedeonis coelestem rorem absque læsione in se recipientem, per hortum conclusum, per portam Ezechielis clausam, per solem, per lunam, per stellam, per nubem levem, per petram deserti, per montem, ex quo lapis fuit sine manibus abscissus, et per similia, quibus divina eloquia ad humani ingenii imbecillitatem magis provehendam scælentem, atque tamen hæc omnia stylo prosequi longissimum esset, quæ ex illis selectoria nihil videbuntur, paucis perstringere curabo. Exordiar autem a metaphorâ paradisi, cui sponsus virginem comparavit: *Emissiones tuæ sicut paradisus:* ut enim d. Irenæus (lib. 3. adv. hæret. ca. 21) dixit: *Quemadmodum protoplastus ille Adam de terra rudi, et adhuc virgine; nondum enim pluviam Deus, et homo non erat operatus terram, habuit substantiam, et plasmatus est manu Dei, et sumpsit Dominus limum de terra, et plasmavit hominem, ita recapitulans in*

se Adam ex Maria virgine recte accepit generationem Adæ recapitulantis. Si enim ille de terra sumpsit est, et verbo Dei plasmatus, oportebat idipsum verbum recapitulanti Adæ in semetipso faciens eiusdem generationis habere similitudinem. Addit tamen sapienter Theodorus episcopus Ancyræ (orat. de nat. Chr.): ut habetur (tom. 6. in Conc. Ephes. appen. qu. cap. 2), beatam Virginem longo intervallo excellentiam illius paradisi superare: *O virgo, quæ ipsam vicisti deliciarum paradisum; ille nanque sine semine omne plantationum genus protulit ex virgine terra, hæc autem Virgo illa terra melior est, non enim ponam protulit arborem, sed virga Iesse Salvatorem fructum hominibus afferentem: et illa terra virgo erat, et ista virgo; sed illius quidem arborem nasci præcepit Deus, huius autem Virginis ipse Creator secundum carnem factus est germem.* Deinde adduco metaphoram illam ab antiquis Patribus satis decantatam, immo et ab Ecclesia catholica frequenter usurpata, ardentis, et incombusti rubi, quem vidit Moyses: transiens, inquit, videbo visionem: hæc oportet quidem transeamus, iuxta intelligentiam Gregorii Nysseni (in oratione de Natali Christi), non loci mutatione, sed temporis transitu. Quod enim tunc per flammam, et rubum significabatur, progrediente tempore, perspicue in mysterio Virginis aperitum fuit: quemadmodum enim illic est rubus, et tangit ignem, et non comburitur; sic virga est hic, quæ lucem parit, et non corrumpitur: itaque quemadmodum rubus ille, in quo Deus apparuit idem, ignem concepit, et virorem conservavit, ita Virgo Christum Dominum ardentem ignem concepit, et virginitatis virorem non amisit; ad quod alludens d. Gregorius Nyssenus (lib. de vita Moysi) dixit: *Debitis tunc assumpta carne illius hominibus, eamque omnimodo incorruptam servavit, virginitatis viriditate nullo pacto commutata.* Quod si quisquam curiose interroget, ut id obiter dicam, quare Deus in loco illo variis arboribus consisto, cum aliae permultæ plantæ rubo nobilitate existerent, hæc præ ceteris ad visionem illam grandem virginem partum adumbrantem eligeret, respondeo, quod d. Ambrosius, Phyllo Iudæas, et Dioscoridis duplicem assignant proprietatem rubi, quæ facile propositam questionem solvunt: prima est, quod folia eius serpentes sunt infestissima: secunda, quod ob pungentes suas spinas ab omnibus manet intacta: ut significaret ergo Deus Virginem intactam semper ob virginitatis eius perennitatem, antiqui serpentis inimicissimam esse futuram, ideo rubum præ ceteris aliis plantis ad Mariam adumbrandam elegit. Scio alios dicere consulto Deum elegisse rubum, non Israëlitem, quod ad idololatriæ error proclives ad idola fabricandam, inde excitarentur: materia namque rubi inepta est ad id; sed hoc nostro argumento non inservit.

Vermi item comparavit se Christus (Psalm. 21): *Vermis sum, et non homo, quod conceptum Christi ex matre virgine adamussum repræsentat:* scio Christum Dominum hæc comparationem usurpasse, tam ad significandum, adeo ab hominibus parvipendendum, ut instar

vermis esset ab eis conculcandus; tum ad impietatem occidentium illum declarandam, quia sicut vermis absque ulla compassione interimitur, ita et ipse, omni deposito compassionis affectu, fuit immamiter occisus: tum ad ostendendum, quod sicut vermis lignum intus corrodens, quod alioquin solidum, et grave erat, leve, et facile ad portandum reddit; ita Christus Dominus crucis lignum ascendens, ita illud alleviavit, ut ipse *onus leve* illud vocaret, et *suave iugum*. Unde et pueri, et terrimarum virgines, divina gratia eis opitalante, facile illud portarunt. Praeter hoc, inquam, ideo vermi se comparavit, ut matris suae virginitatem adstrueret, sicut acule observavit Origenes (super *Lucam*), ubi introduxit Christum Dominum dicentem: *Ex mari, et foemina homo nasci solet; ego vero non ex masculo et foemina, sed in exemplum vermis natus sum, cuius non est aliunde semen, sed in ipsis, et ex ipsis in quibus coalescit corporibus, origo est: unde optime convenit Christo Domino illud Salomonis (2. Reg. 23): Ego autem tanquam tenerimus ligni vermiculus: nam sicut hic ex visceribus ligni, ut ex matre, solo iugamine coelestis influxus et gignitur, et nascitur, sic Christus ex visceribus Mariae, Spiritu sancto divinitus influente, et conceptus, et in lucem editus fuit. Tertio David comparat Christum pluviae (Psal. 71): Descendit sicut stillicidia stillantia super terram: vel ut vertit Paraph. chaldaicus: Descendit sicut pluvia spontanea: Card. Caietanus (super Ps. 71) transfert: Sicut pluvia super tonsam, et tunc imbrium guttae terrae. Vocavit herbam tonsam, quia cum haec melitur, toderi videtur. Scio varias esse huius loci expositiones: nam Caietanus praetalo loco existimat, sermonem esse hic de secundo adventu Christi; sic enim ait: *Qua similitudine describitur secundus Christi adventus opportunus, desideratus, et foecundus, comparatione terrae tonsae ad novum germen, quod sane convenit expectationi iustorum post tonsionem: siquidem cum eis huius vitae germen praecium fuerit, expectant novum resurrectionis germen. Verum hanc expositionem sequentia verba aperte labefactant, cum statim sublicita David: Orietur in diebus eius iustitia, et abundantia pacis. Coram illo precipient Aethyopes, et inimici eius terram lingent: Reges Tharsis, et insulae munera offerent; quae aperte primo adventui Christi conveniunt, cum de adoratione magorum, qui Christum infantem adoraturi erant, loquantur. D. Augustinus (super Ps. 71), et d. Chrysostomus (sup. Ps. 71) a hanc excogitarunt expositionem dicentes, per rorem gratiam intelligi, quae prius in populi hebraei vellere descendit, sed postea illo relicto, gentilitatis aream perfudit: verba d. Chrysostomi haec sunt: Descendit sicut pluvia in vellus, hoc est, praedicatio in Synagoga: quando scilicet Christus sedebat, et docebat in templo, tunc pluvia in vellus descendit; sed postea relicto vellere, in aream pluvia infunditur, quoniam transactis sacrificiis a Synagoga, tota mundi area impleta est praedicatione Christi. Eandem etiam sensum habent verba divi Augustini, quae propterea silentio missa facio. Deinde Nicolaus de Lyra aliam viam ingressus ait,**

hoc loco indicari mansuetudinem Mariae, qui in primo adventu humili, et mansuetissimo, et aspectu futurus praedictur instar pluviae, quae in vellus nullo strepitu descendit. Valde tamen aliter eundem locum intelligit, existimans illud dumtaxat in illis verbis praenotari, quod sicut herba deserta, adventu pluviae, crescit, ita adventu Christo futurum erat, ut omnia bona per illum efflorescerent, et germinarent. At Patres communi consensu praedictum locum explicant de Deiparae Mariae virginitate. Divus Hieronymus (sup. Ps. 71), sanctus Theodoretus (ibid.), Euthymius, Arnobius, Cassiodorus, Lyranus, Remigius (ibid.), Adrianus Finus (lib. 2. flagelli cont. Iudaeos cap. 12), et divus Ambrosius (ser. 13. in natali Dom.), in hunc modum praedicta verba explanat: *Descendit sicut pluvia in vellus: quid, inquit, imber in se trahit. Recte ergo Maria velleri comparatur, quae ita concepit Dominum, ut toto cum hauriret corpore. Nec eius discissuram corporis pateretur, sed esset mollis ad obsequium, solida ad sanctimoniam. Recte inquam, Maria velleri comparatur, de cuius fructu salutaris populi vestimenta texuntur. Vellus plene Maria est, siquidem de molli sinu eius agnus egressus est, qui et ipse matris laticium, hoc est, carnem gestans molli vellere cunctorum operit vulnera populorum: omne enim peccati vulnus Christi lana suffunditur, Christi foetur sanguine, et ut sanitatem recipiat, Christi indumento vestitur; haecenus divus Ambrosius. Nomine autem velleris videtur facta allusio ad vellus Gedeonis: coelestis rore plenum, quod Dominus dedit Gedeoni in signum, et pignus reportandae victoriae adversus Madianitas; quam figuram Marianae virginitati accommodans Ineognitus (super Ps. 71) ait: *Congrua similitudo: lana enim accipiendo, vel reddendo aquam non rumpitur, sed integra manet; sic in gloriosa Virgine virginitas ante partum, post partum, et in partu permansit inviolata. Quibus consonant verba divi Hieronymi (super Psal. 71) dicentis: Sicut in vellus Gedeonis pluvia descendit, ita Filius Dei illapsus est in uterum virginalem per Spiritu sancti infusionem.**

Quarto, Christus Dominus rorem se vocavit apud prophetam Oseam (c. 14): *Ero quasi ros Israel: apissime Christus rori comparatur, quia sicut ex rore subtiliter ingrediente conciliium, virtute rariorum solarium, pretiosissima margarita gignitur, sic Filio Dei conciliium utri virgine ingrediente facta est inaeestimabilis Verbi incarnati margarita, de qua in evangelio (Matth. 13): *Inventa una pretiosa margarita, vendidit omnia quae habuit. Permissilis est haec loco ille Isaiae (c. 45), qui ore omnium versatur: Rorate coeli desuper, et nubes pluant iustitiam, aperiantur terra, et germinent Salvatorem: licet enim in eo capite nulla dicantur de rege Cyro, tamen, ut perdoctae adnotavit d. Cyrillus (c. 45. Isa.), propheta in his verbis convertit se ad Christum, sicut etiam idem pro-**

pheta, postquam in cap. 14. egerat de Nabuchodonosor ad inferos descendente, continuo ad descensum Luciferi commemorandum se transtulit: verba Cyrilli Alexandrini haec sunt: *Longa oratio in superioribus consumpta de Cyro Persarum, et Medorum principe, deinceps vero sententiarum vim transfert propheta iam ad ipsum Emmanuelem, qui exhibitus erat a patre, ut captivis remissionem praedicaret. Adstipulantur eidem intelligentiae d. Cyprianus (li. 1. ad. Iud.), d. Augustinus (de quinq. haeres. to. 6), d. Hieronymus (c. 45. Isa.), d. Athanasius (li. de unit. Trin.), d. Chrysostomus (ho. in Psal. 71), Terullianus (li. con. Iud. c. 7. et cont. Praezean c. 11). Cum ergo Isaia in his verbis de Christo sermonem faciat, virginitatem Deiparae adstruit, tum comparando conceptionem uteri ipsius irrorationi, qua coeli foecundam eius terram irrorarant, ut Christum Dominum germinaret absque humano sale, sicut et terra solo rore desuper irrigata, absque ulla humana cultura, varios flores, et fructus producere solet; tum quia cum a coelis postulari, ut plantae iustum, rorem suum mittentes, perspicue significatur, non ex viri opera, sed coelestis Spiritus sancti virtute a virgine esse gerendum, facta allusione ad vellus Gedeonis: ob idque Christus a Paulo (1. Cor. 15) coelestis homo nuncupatur: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de coelo coelestis: in cuius loci commentario magnus pater Hieronymus ait: Coelestis dicitur, quia non humanae fragilitatis ritu, sed divinae maiestatis nutu conceptus est, et enizus. Tandem cum subiungit Isaia: *Aperiatur terra, idem est, ac si diceret, parturiat, ut habet originale hebraicum: ad eum certe modum quo flores cum aperiantur ad emittendum fructum, parturire dicuntur, iuxta illud Cantico (c. 7): *Si flores fructus parturiant. Vel aliter: aperiatur terra: aperiat Maria os suum dicens: *Fiat mihi secundum verbum tuum, et sic germinat Salvatorem, id est, concipiat Iesum, qui Salvator interpretatur. Deinde in idem argumentum celebris est locus Davidis (Psal. 109): *Ex utero ante luciferum genui te: quem propterea obscurare conantur Iudaei somniantes sermonem esse hoc loco de rege Ezechia; illos tamen evidenter refellit d. Cyprianus martyr (dial. cum Triph. adv. Iud.) dicens: *Perspicuum est psalmum illum de eo non fuisse dictum; quis enim Ezechiam non esse sacerdotem perpetuum ordinis Melchisedech, non fateatur? aut eundem non esse, qui Ierosolymam redemerit, quis ignorat? quis etiam nescit cum eo non misisse Ierosolymam virginem potentem, quae dominata sit in medio illius hostium, sed Deum esse, qui ab eo hostes acerit? Verum cum Christus Dominus ex hoc psalmo probaverit Pharisaeis se esse naturalem Filium Dei; cum enim eos interrogasset (Marc. 22): *Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? respondentes illi: *David; continuo illis obiecit: *Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens: *Dixit Dominus Domino meo? reliquum est indubitata fide asserendum esse, Davidem loqui in illis verbis de Christo Domino, prout et docuit etiam d. Paulus (ad Heb. 1), cum ait: *Ad quem angelorum dixit: *Sede a dex-*************

tris meis, quoadsupponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Arcanum igitur latens in illis verbis detexit eleganter Tertullianus (lib. 3. cont. Marcionem c. 9) in haec verba: *Sed nec generavi te, dixisset Deus, nisi filio puero; nam et si de toto populo ait. Isa. 1: *Filius generavi, sed non adiecit, ex utero. Cur autem adiecit, ex utero, tam vane quasi aliquis hominum generavi te, id est, ex solo utero sine viri semine: et eodem libro explicans verba illa Ps. 88: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, inquit: *Quis iste venter est? ipsius David? utique non; neque enim parturus esset David: sed nec uxor eius, non enim dixisset: *ex fructu ventris tuus tui, sed potius, et ex fructu ventris uxoris tuae. Ipsius ergo dicendo ventrem superest, ut aliquem de genere eius ostenderet, cum ventris futurus esset fructus caro Christi, quae ex utero Mariae foruit, ideoque fructum ventris tantum nominavit, ut proprie ventris, quasi solius ventris, non etiam viri, et ipsius ventrem ad David redegit ad principem generis, et familiae patrem: nam quia viro deputare non poterat, Virginitas enim ventrem patri deputavit. Sed ad illustrandum magis hunc locum observare oportet, quod ubi nostra vulgata vertit: *Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te: Originale hebraicum habet: *In splendoribus sanctitatis ex utero aurorae tecum ros natiuitatis tuae: notanter ait: *In splendoribus sanctitatis, ut indicet Christum non fuisse conceptum ardoribus concupiscentiae, sed coelestibus sanctitatis, et munditiae splendoribus: idem enim est sanctum, quod mandum, aut sine terra: unde ubi vulgata nostra legit: *In splendoribus sanctorum: alii vertunt ex originale hebraeo: *In decoribus sanctitatis; alii in pulchritudinibus, quia nihil pulchrius, quam virginitas, et maxime cum foecunditate coniuncta, ut effulget in Deipara: id etiam denotat, quod Mariam auroram vocaverit: nam certe sicut aurora diem, sed lucaem parit, non amisso proprio splendore, et claritate, sed potius aucta; sic Maria peperit Christum Dominum lucem mundi, qui de seipso dixit (Ioan. 8): *Ego sum lux mundi; nullo tamen suae virginitalis amisso splendore, sed potius aucto. Illudque in hac expositione est singulare, quod quamvis aurora sit solis praenuntia, tamen ipsa non continet re ipsa solem; ad Virgo prodigiosa adeo aurora extitit, ut solem iustitiae in se ipsa concluderet, ex insipiente utero quasi ex quodam ordine Christus iustar fulgentissimas Phoebeis proderit. Vel aliter ex utero aurorae, hoc est, Virginis tibi o Christo suppeditata est materia generationis tuae, videlicet sanguis purissimus, velut ros aurorae nitidissimus: sicut enim terrenus vapor virtute coelesti in sublime fertur, fitque ros; sic purissimus Virginis sanguis a Spiritu sancto foecundatus admirabilis huius generationis ros, et materia factus est. Ac tandem rori in aurora descendenti comparat Christum, ut ostendat conceptum fuisse iustar earum rerum, quae tempore aurorae ex sola roris virtute sine industria humana gignun-***********

tur, meritoque diem incarnationis diem virtutis suae appellavit, quia in eo praecipue diem maiora Deus suae virtutis, et potentiae signa ostendit, ima summis, caelestia terrenis, ineffabilem modum coniungendo. Hanc eandem positionem tradunt doctissimi Rabbinii in *lib. Midras Tillim*, id est in expositione Psalmorum, ubi in hunc modum legitur: *Ego hodie genui te, ex matrice, et de matrice aurorae tibi ros natiuitatis tuae: per matricem aurorae matricem Mariae accipiunt, quae salva eius inlegritate Christum concepitura, et paritura erat, non secus ac aurora solem sine corruptione parit. Ad illud autem, quod quibusdam difficile videtur in hac expositione, nimirum, quod propter illa verba: Ante luciferum genui te, videtur ibi sermone esse de generatione aeterna ex Patre, non de temporali ex matre, respondet acute d. Augustinus (super *Psal.* 109) in hac verba: Hoc ipsum signate dictum, proprie dictum est, et sic impletum, noctu enim natus est Dominus ex utero Virginis Mariae, quod indicant testimonium pastorum, qui vigiliis cecubabant super gregem suum.*

Extat et alia floris metaphora, sub qua propheta Isaias Mariae virginitatem praedixit: *Egre ditur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet. Pro cuius loci intelligentia, omnia quorundam modernorum interpretatione, qui cum Leone Castrensi (super *cap.* 11. *Isa.*) aiunt, Nazaraeum a separatione dictum esse, non a flore; hoc tamen secundum est certum, ut tradunt d. Hieronymus (*ibid.*) Beda (*hom. in Luc.*), Pagninus, Lyranus, Adrianus Finus, et alii hebraicae linguae peritissimi, quos sequitur Card. Caietanus. Hoc supposito, licet Origenes (*hom. 9. super Num.*), Cyrillus Alexandrinus (*l. 3. in Isa.*), d. Hieronymus (super *cap.* 11. *Isa.*), d. Hyllarius (*in Psal.* 3), et s. Clemens (*l. 1. petrog. c. 7*) per *virgam*, et propter Christum Dominum intelligant, qui propter potentiam nomine *virgae*, ob pulchritudinem vero appellatione *floris* denotetur; cui intelligentiae favet Paraphrastes chaldaeus in hunc modum verba illa vertens: *Egre ditur rex de filiis Iesse, et Messias de filiis filiorum eius; difficultis tamen intellectus est haec interpretatio: nam si flos de virga nascitur, nequaquam fieri potest, ut idem sit flos, quod virga; alioquin idem ex se ipso oriatur. Aliud igitur opus est esse virgam, aliud florem. Quare plures alii gravissimi Patres per *virgam* Mariam intelligunt, per *florem* vero Christum; ita s. Hieronymus (*sup. c. 11. Isa.*), d. Chrysostomus (*in Psal.* 28), d. Isidorus (*ad soror. Flor.*), d. Bernardus (*ser. 2. de adv. et hom. 2. sup. Miss. et serm. 2. in Annunc.*), d. Leo Papa (*serm. de Nat. Dom.*), s. Ioannes Damascenus (*or. 1. et 2. de Nat. Mariae*), s. Ephrem Syrus (*de Matris Dei laud.*), necnon et antiquissimus Tertullianus (*lib. ad. Iud. cap. 9. et l. de carne Christi cap. 21*), ubi haec praecleara scripsit: *Ipse est flos de virga profecta ex radice Iesse: radix autem Iesse genus est virga, filius Mariae, qui dicitur Iesus Christus, ipse erit et fructus. Flos enim fructus, quia per florem, et ex flore omnis fructus eruditur in fructum. Quid ergo negant et fructus***

suam florem, et flori suam virgam, et virgae suam radicem? Tota igitur vis huius metaphora ad adstruendam Mariae virginitatem consistit in hoc, quod Christus Dominus non minori puritate, et pulchritudine, quam flos ex virga, caelesti virtute perfusa, oritur, non secus Christus Dominus absque ullo virgini semine ex Virgine, Spiritus sancti virtute illam obumbrante, ortus est: et quemadmodum virga florem parturiens tantum abest, ut aliquod suae venustatis, et pulchritudinis amittat, ut pulchrior, et venustior evadat; ita tantum abfuit, ut Virgo Deipara per conceptionem, et partum Christi Domini aliquid amiserit de suae integritatis pulchritudine, ut tunc potius eius virginitas pulchrior, illustrior, nobilior, clarior, sanctor, excellentior, gloriosior, ac mirabilior redderetur, ut elegantior his verbis scripsit Eusebius (*hom. 2. Nat. Dom.*): *Quid primum mirer, quidve postremum? quod sine concepta est collata foecunditas, an quod per partum magis est glorificata virginitas?* hinc illud est mirabile ac valde prodigiosum in hac mystica virga Maria, quod cum reliquae omnes virgae fructum producentes florem amittant, haec tamen virga, quod omnem facultatem naturae longe transcendit, retento virginitalis flore, profusum fructum, auctorem vitae, nobis protulit, ut d. Bernardus (*lib. de pass. Dom. c. 16*) observavit in haec verba: *Si diligentius volueris intueri, intelliges in omni arborum genere, in ortu fructus florem decidere, et perire; in hominibus quoque, et fere cunctis animalibus fructus florum florem virginitalis abscondit: non sic erat in natiuitate vitis nostrae: beatissima enim mater illius fructum protulit benedictum, non amisso virginitalis flore; imo magis per partum mirabilem, et mundissimum est decorata, ubi lex, ubi iura naturae abscessa sunt. Hanc eandem floris metaphoram tam suavi melodia prosequitur piissimus Guericus Abbas, ut nulla ratione nec possim, nec debeam eius verba silentio praeterire: *Partus quidem meus non habet exemplum in sexu mulierum, sed habet similitudinem in naturis rerum. Quaevis, quomodo virginitas genuit Saluatorem? sicut flos vitis odorem; si corruptum inuenieris florem, pro eo quod dederit odorem, violatum crede pudorem, quia dedit Saluatorem. Quid potes calumniari in proprietate similitudinis? quid aliud est virginitas, quam flos involatilis corporis? et quid aliud est filius virginis, quam suavitas odoris? Tandem id satis probat elegantiam huius metaphora, quod Christus Dominus illa usus est dicens (*Cant. 3*): *Ego flos campi, et lilium convallium: non enim sponsa, ut alii putarunt, sed sponsus est qui loquitur, ut docent d. Gregorius, d. Bernardus, et vener. Beda (in comment. huius loci); Paraphrastes autem chaldaeus in hunc modum transferat praedicta verba: Ego similis sum lilio viridi ex paradiso coaptatus, et opera mea pulchra sunt, sicut res, quae est in campo: ecce comparat se flori orto in paradiso, qui nullum alium cultorem habuit quam Deum; necnon et flori campi, qui absque ulla humana industria, virtute caeli ter-***

ram foecundante, ex ea pulcher erupit: ad eandem etiam modum Christus Dominus ex Mariano paradiso humanam culturam nesciente, et ex inculco campo virginis illius uteri, instar pulcherrimi floris ortus fuit, ut mellifluis non sermone adnotavit s. Bernardus (quomodo flos in *Cant.*) dicens: *Hortus, ut florat, hominum manu, et arte excollitur; campus vero ex semetipso producit flores absque omni humana diligentia adiutorio. Putane tibi tam videris adverte, quisnam ille sit campus, nec sulcatus vomere, nec defossus sarculo, nec manu hominis seminatus, venustatus tamen nihilominus nobili illo flore, super quem constat requiescisse Spiritum Domini? Ipse etiam Bernardus (*hom. 2. super Missus*) comparat Virginem virgae Aaronis: *Quid rogo virga Aaron florida, nec humectata significat, nisi Virginem concipientem, et virum non cognoscentem? Sed cur quaeso cum virga de radice dicatur educta, flos a virga non dicitur ascendisse, sed a radice? non haeret radici flos, interest virga, quae humorem atrae hinc a radice florem promat: quare igitur non dicitur ascendere a virga, sed a radice? certe, ut denotetur, Christum natum fuisse ex Virgine, corpuseque verum, et non phantasticum adaptasse sibi ex illis Mariae sanguinibus, quos a parentibus tanquam a radice traxerat, non ex alterius virtute; ideo dixit: *Et flos de radice eius ascendit.* Ad haec non longe ab hac metaphora floris abhorret illa alia *virgulti*, et *radicis de terra silentii*, cuius meminit Isaias: *Ascendet sicut virgultum coram eo, et sicut radix de terra silentii: ubi notandum est, quod iuxta hebraicae linguae peritos verbum, cui in hebraeo respondet virgultum, significat lacum, unde LXX. Interpretes vertunt illa verba in hunc modum: *Annuntiavimus coram eo quasi puerulus, et quasi radix de terra silentii.* Solliciti sunt Hebraei, ut hunc locum obtinebrent, interpretari illum de populo iudaeo; sed mendacissimum esse hanc intelligentiam ex eo constat, quod ille, de quo loquitur ibi propheta, ut apertissime constat ex ipso contextu, praedictur tanta sanctitate conspicuus, ut nunquam iniquitatem facturus sit, nec inveniens sit dolus in ore eius: quod impossibile est in populum iudaeum convenire, quem certum est, nec ipsi diffidentur, permulta commississe peccata: sermo igitur est in praedicto loco de Christo Domino ex intacta virgine orti, ut his verbis sapienter interpretatus est Eusebius Caesariensis, ubi lectioni LXX. acquiescens, ait: *Annuntiavimus coram eo quasi puerulus, quasi radix in terra silentii: pro quo Aquila sic interpretatus est: Et praedictabitur tanquam quod ubi nutritur in facie eius, et tanquam radix de terra in via. Theodotion vero: Et ascendit, sicut quod lacte altitur, coram eo, et sicut radix de terra silentii: ubi puerulus quidem ille, qui ubere, alque lacte nutritur, plane ortum Christi declarat; terra vero in via, et silentii Virginem, quae illum enixa est, quam scilicet nullus vir adit, de qua, quavis in via, laudata illa radix prodit, et puerulus, qui ubere, lacteque nutritur. Verum haec adumbrate admodum significaverit, apertius vero idem propheta sententiam suam interpretatur, ubi ait: *Ece Virgo in utero*****

accipiet, et pariet filium, et vocabit nomen eius: nobis enim Deus, hoc enim significat Emmanuel; hactenus Eusebius.

His metaphoris, et similitudinibus adnoto illam aliam Isaias (*cap. 19*): *Ece Dominus ascendet super nubem leaem: Originale hebraicum habet: Ece Iehovah equitans super nubem leaem; quae verba, ommissis aliis expositionibus, quae praesenti argumento non inseruntur, do Christo Domino ex Maria Virgine orto interpretatur Ambrosius (*in exhort. ad Virgin.*) dicens: *He est, qui venit in nube levi, sicut dicit propheta: Ece Dominus sedet super nubem leaem, et venit in Aegyptum, significans, quod in Aegyptum, id est, in afflictionem istam mundi huius ventret per carnem gerebat; leaem, quia Virgo erat nullis oneribus gravata coniugii: ipsa est virgo germanans florem, quia pura ad Dominum libero corde directa virginitalis, quae nullis in hoc saeculo curarum anfractibus reflectatur. Praeter hoc tamen mihi ea ratione in nube virginitalis Mariae elegantior describi videtur, quia sicut nubes et gigait, et mittit pluviam sola virtute venti in illam flantis, non aspiciendo, sed potius illam condensando, et constrigendo, sic Maria flante vento Spiritus sancti concepit, et peperit absque laesione suae virginitalis Christum, significatam per pluviam, iuxta illud: *Sicut pluvia in vellus descendit: consonante praedicto loco illud pueri Elisae, (3. Reg. 19), qui iussu contra mare prospicere, dixit, se videre nubeculam ascendentem de mari, in qua erat quasi vestigium filii hominis; certe nubecula haec de mari ascendens Deiparam Mariam refert, quae ex mari huius mundi per carnis propagem, sicut et ceteri homines, ascendit, aliorum tamen, et elevator ipso mundo, ut quae nullis carnis illecebris deprimi poterit: figura autem filii hominis in medio nubeculae existens, quid aliud esse potest, quam Christus verus Deus, et homo in medio uteri virginitalis dellescens, conservans eius integritatem?***

Accedit etiam metaphora *petrae deserti*, qua usus est idem Isaias (*capite 16*): *Emitte Agnum Domine, dominatorem terrae de petra deserti ad montem filii Sion.* Hebraei conantur etiam hunc locum nihil virginitali Mariae prodesse, dicentes sermonem esse de magna aegrorum copia, quam rex Moabitarum pro tributo pendebat regi Israel, ut habetur (*4. Reg. 17. 3*); quod quia persolvere recusabat, ideo propheta, regnante Ezechia, Moabitas suadet, ut huc regi Ezechiae solitum illud pendat tributum, dicens: *Mittite Agnum dominatorem terrae: sic enim etiam posse legi ex Hebraeo docuit docet, Hieronymus (sup. *Isa.* 16): verum, quiquid sit de hac lectione, quae nihil ad rem facit, falsum esse hoc Hebraeorum commentum, ex duplici capite apertissime commostro; tum quod Ezechias non potuit absolute, et simpliciter dominator terrae nuncupari, cum solum super duos tantum tribus in una parte Palaestinae dominaretur; tum quia cum illud tributum soli regi Israel solitum esset pendi, non est cur propheta voluisset ius suum illi tollere suadendo, ut tributum illi*

debitum alteri regi persolveretur. Loquitur igitur Isaias de Christo Domino mansuetissimo agno, ex intacta Maria nascituro, ad quod significandum vocat illam petram deserti, petram, inquit, solidam atque integram, quae, quia virtute Spiritus sancti conceperat, adeo omnis carnalis illecebrae experta fuit, ut in hac re petra quaedam insensibilis fuisse videatur. Addit autem petram deserti, ut eandem Marianam virginitatem magis exprimeret, quia desertum plantas producit, non humana industria cultum, sed coelitus fecundatum. Ex hoc facile videre est, quod singulari observatione dignum censeo, quam egregie Christi occasus ortu, sepultura conceptioni respondeat: emittitur tunc Agnus de petra, cuius corpori monumentum excidendum erat in petra, ipse ab initio conceptus sui corpus sibi exiit de petra, integritatemque petrae, cum ex ea prodiit, non imminuit, sicut nec signatam sepulture petram, cum de ea egrediretur, aperuit. Si ergo petra Christus, ut ait Apostolus (1. Cor. 10), non degenerat a matre filius, quoniam et ipsa petrae nomine censetur, meritoque eo coonestatur, quae in amorem integritatis proposito firma, affectu solida, adversus illecebras carnis tota erat lapidea.

Rursus idem propheta Isaias, de b. Virgine mirum in modum benemeritis, quippe qui tot egregijs similitudinibus perpetuum eius virginitatem illustraverit, sed metaphora splendore, et lampadis egressum Christi ex matre virgine expressit (Isa. 62): *Propter Sion non tacebo, et propter Ierusalem non requiescam, donec egrediatur ut splendor iustus eius, et saluator eius ut lampas accendatur.* Communis est omnium huius loci interpretum sententia, sermonem esse hic de Christo Domino, qui per antonomasiam iustus dicitur, iuxta illud Isaias (c. 1): *Vocaberis Civitas iusti, Urbs fidelis:* vocal autem propheta illum splendorem, et lampadem accensam, tum quia, ut ait d. Hieronymus, venturus erat, ut mundum ignorantiae caligine obtenebratum illuminaret, iuxta illud Zachariae (Luc. 1): *Illuminare his, qui in tenebris, et umbra mortis sedent:* tum quia, ut docet Glossa interlinearia, necnon et Galatinus (lib. 4. arcan. c. 14), sicut splendor egreditur a sole absque ulla solaris corporis corruptione, et diffunditur per medium absque ipsis medi divisione: et sicut lampas ex admolo igne sine ulla ipsius ignis factura accenditur; ita Christus instar splendoris, conservata Virginis integritate, ortus est, et instar lampadis ardentis absque ullo virginei pudoris detrimento carne indutus prodiit. Confirmat, et illustrat hanc expositionem, quod ubi nostra vulgata legit: *Donec egrediatur, ut splendor, alii ex Hebraeo vertunt: Donec egredietur sicut fulmen iustus meus:* ubi apte sub metaphora fulminis adumbratur Deiparae Mariae virginitas: sicut enim fulmen integrum, et illeasum omnino relinquit vaginam ensem continentem, et in universum non corrumpit ea, quae sibi non resistunt; ita Christus Dominus intravit, et exivit ex utero virginali, integrum et illeasum eius virginitatem servans, quia neque in ingressu invenit resistentiam, Maria dicente (Luc. 1): *Ece Ancilla Do-*

mini, fat mihi secundum verbum tuum; nec etiam in egressu, et ortu, cum virtute divina per penetrationem, in qua nulla sentitur resistencia, ex materno thalamo proficere. Quid plura? Adrianus Finus in illis verbis Cantilicorum: *Egredimini, et videte filius Sion regem Salomonem in diademat, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius.* Mariae virginitatis arcanum latere putat. Pro cuius intelligentia praesupponere oportet, per diadema intelligi hoc loco Christi humanitatem, ut docet d. Ambrosius (lib. de Isa. c. 1), d. Gregorius (sup. c. 3. Cant.), et s. Bernardus, quo b. Virgo Filium Dei coronavit in instanti desponsationis suae cum natura humana: verba d. Bernardi (ser. 2. in Epiph.), ut reliqua aliorum Patrum omittam, sunt: *Si rex est, diadema eius ubi est? sed vos eum vere videtis in diademat, quo coronavit eum mater sua in sacco mortalitatis, de quo resurgens ait: Quia concidisti saccum meum, et circumdediti me laetitia. Egredimini virtutes angelicae, incolae civitatis supernae: Ecco rex vester, sed in corona nostra, in diademat quo coronavit eum mater sua.* Hoc supposito, illud mysterium ea similitudine comprehendit existimat Adrianus, quod quia Verbum humanitatem ex Virgine sumpserit, absque ullo virginitalis eius detrimento, et alio modo non communi ceterorum more factus fuerit homo, ideo inter omnes homines regalis corona, regiumque diadema propter tam novam suae conceptionis modum ei debeat.

Tandem speculi metaphora, quia non solum aeterna sapientia in sensu materiali, sed in mystico b. Virgo designatur, eius virginitatem egregie manifestat. Quemadmodum enim figura et imago intuentis se in speculo, imprimunt in illo absque aliqua ipsius speculi bese, ita aeternus Pater intuens se in nitidissimo, ac tersissimo Mariano speculo, impressit in eo figuram suam, quia *Filius figura est substantiae eius, ut ait Paulus (Heb. 1):* hanc autem figura istud ingrediens speculum per conceptum, et ab eo egrediens per nativalem, non solum integrum, illeasum, et infractum illud reliquit, sed splendidus et rutilantius, ut decebat matrem illum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XI.

Exquisitis quibusdam locis ex Ezechiele, ex libro Psalmorum, necnon ex Cantico Canticorum, eandem Deiparae Mariae involutam virginitatem magis illustramus.

Hucusque testimonia produximus, et quae potuimus diligentia, exposuimus, quibus antiquae Ecclesiae Patres interemeratam Deiparae Mariae virginitatem comprobant; necesse diffiditorem provinciam suscipientes in idem argumentum extraordinariis et inusitatis quibusdam locis utemur, quibus forte viam aperiemus, ut alii tum feliciori ingenio, tum maiori in Deiparam

pietate praediti alios exquirant, est enim in eundem, et pium hoc vnanis genus, quibus huius catholicae doctrinae veritas tenacius fidelium mentibus inhaerescat, et impudentissima haereticorum audacia magis confundatur. Tertullianus igitur (*de carne Christi c. 23*), et Epiphanius (*adv. Ebo.*) citant locum quemdam Ezechielis, qui tametsi in sacra Scriptura non reperitur, ex antiqua tamen traditione credebatur esse huius prophetae: verba illius valde notanda sunt haec: *Vitula peperit, et non peperit:* ea Tertullianus citato loco applicat virginitati, et foecunditati Mariae: quemadmodum enim non semel accidit, ut quae gravida erat, tempore partus appropinquante, ita facili negotio ac incolumi salute pariat, ut dicamus ei: *videtur non parturienti:* ita Virgo peperit, et non peperit: peperit, quia vere Christum enixa est; non peperit, quia perinde incorrupta remansit, ac si non peperisset: peperit ergo ut Dei matrem decebat; non vero peperit instar aliarum foeminarum, quae honore virginitalis pudicitiae parturientes privantur. Observandum tamen est, quod locus hic Ezechielis videtur potius esse apud Iob, ubi dicitur: *Vacca peperit, et non abortivit:* in hebraeo autem est: *Vitula peperit, et non est privata fructu suo:* ubi forte Patres ex aliquo alio codice legerunt, non peperit: ita observat Iacobus Parmelius ad locum illum Tertulliani: vel certe d. Epiphanius, et Tertullianus non attendentes ad verba, sed ad sensum Ezechielis, ut non semel contigit alijs Patribus, tribuunt illi dixisse: *peperit, et non peperit:* quia dixerat de virgine, quod porta erat clausa, et quod princeps ipse sedebat in ea, clausam illam reliquens; quae verba eundem sensum reddunt, ac illa.

Deinde huic argumento satis congrue adaptari mihi posse videntur verba illa Davidis (*Psal. 76*): *Deus in mari via tua, et semitae tuae in aquis nullis, et vestigia tua non cognoscuntur.* Nemo ignorat Mariam mare interpretari, ut d. Hieron. (*de nomin. hebr.*) adnotavit semitae, quas Deus perambulavit per hoc mare, conceptio quidem, et nativitas fuere; per illam enim intravit in hoc Marianum mare, per novem menses in eo navigaturus, per hanc vero ad bethlehemiticam portum appulit: has quidem semitas, quantumcumque ocularissime explores, nulla alienius videris vestigia reperies, quia neque ingrediens, neque egrediens Iesus ex Maria, virgineam eius integritatem quidem laesit. Atque ad hoc mysterium putant quidam alluisse Salomonem, cum dixit difficilem cognitum sibi esse viam naveis in medio mari, intelligens per hanc navem humanitatis Christi naviculam, mare Mariani uteri sulcantem. Adnotavit autem ingeniose d. Chrysologus (ser. 142), Christum Dominum nullum sui egressum vestigium relinquentem in matre sua, se non hominem solum, sed pariter Deum esse demonstrasse: *Qui ingreditur, inquit, et egreditur, et introitus sui, et exitus nulla vestigia relinquit, deivinus habitator est, non humanus. Et qui conceptu suo virginem servat, et ortu suo relinquit virginem, non terrenus homo est, sed coelestis.*

CARTHAGENA DE B. M. V. — Vol. I.

Praeterea d. Ambrosius in illis verbis Davidis: *Imperfectum meum viderunt oculi tui, Mariana virginitalis arcanum latere putat, veriti tamen illa in hunc modum: Inoperatum meum viderunt oculi tui, doctetque illa esse verba Filii Dei ad Patrem, quibus fatetur opus mirabile incarnationis in utero virgine celebratum, non esse operatum ab homine, sed a Spiritu sancto in Mariam superveniente: verba eius sunt haec: Inoperata est ergo caro Christi, quam ut Maria virgo conciperet, inusitato quodam et novo incarnationis mysterio, sine ulla viridis seminis admixtione, divinae gratiae dispositione, quod erat carnis, assumpti ex Virgine.*

Ad haec, singularia quaedam loca ex Cantico Canticorum observavi, in quibus, ni fallor, interemeratam Mariae virginitatem latere censeo. Ex his primus occurrit ille, in quo sponsus cum ture componit sponsum (Cant. 1): *Pulebrae sunt genae tuae sicut turris: licet enim ad exprimeendam virgineam Mariae pudicitiam non videatur apla turris metaphora, cum huius castomonia in eo solum consistat, quod post primum coniugium nullum alium agnoscat, ut communi consensu tradunt naturalium rerum historiographi; propter eandem tamen rationem non est nisi apla metaphora: nam cum beata Virgo a nullo sponso, nisi a Spiritu sancto filium conceperit, ut aperte significat verba illa (Luc. 1): *Inventa est in utero habens de Spiritu sancto:* nec post illum alium cognoverit sponsum, cum a Iosepho semper fuerit intacta, ac turtur comparatur, quae post primum coniugium nullum alium coniugem agnoscit. Vel dicamus, quod et mihi satis verisimile est, turtur in eodem Cantico Canticorum etiam Christum Dominum virginum regem, et virginitalis auctorem intelligi; de illo enim, cum in mundo apparuit, dicitur (Cant. 2): *Vox turturis audita est in terra nostra:* ab eius enim adventu, et predicatione coepit virginitas vigere, et in magno pretio haberi: ut ergo Spiritus sanctus singulari domino virginitatem Mariae exolleret, Christi Domini integritati, et puritati illam assimilavit, dicens, virginalem eius verecundiam per genas eius significatam, quia in illis praecipue apparet verecundiae rubor, instar turturis esse, hoc est, instar Christi per turturum significati: unde non incongrue putaverim, propterea Deum in lege veteri iussisse, ut in sacrificio offerretur tur turturum, ut scilicet per illos hi coelestes parturires, Christus, et Maria, castomoniae virtute insigniores significarentur, intuitu quorum propitiationem peccatorum faciebant.*

Deinde sub illis verbis sponcae (Can. 1): *Filii matris meae pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi,* Marianae virginitalis laet sacramentum: perinde enim fuit ac si diceret, filii quidem matris meae Synagoga, sed non filii patris mei, cum ipsi ex patre diabolo sint, sicut Christi honori, ita et virginitalis meae pudori infestissimi hostes semper existerent, falso existimantes; quod licet operam navaverim ad custodiendam virginitatem, minime tamen eam custodierim: *Vineam meam non custodivi,*

secundum falsam, et erroneam eorum mentem, opinantium floridam, ac fructiferam virginitalis meae vineam non fuisse semper intactam. Quam vero apte nomine vineae virginitalis veniat intelligenda, auctor est d. Ambrosius (*1. de exhort. ad virg.*) eleganter atque eruditè dicens: *Nemo auferat animas vestrae vineae, et vitia olera ferat: vinea enim quidem puritas virginitalis, et coniugium velut olerum plantaria sunt, in quibus frequens zelus est: et ideo sicut olera herbarum cito cadunt, atque marcescunt, nisi fenum imponat senectus, aut ad perfectum vehat continentia. Non veniat ergo in vos Achab, qui concupiscat vineam vestram delere, et extinguere; nec veniat in vos Iezabel vanum illud, et saeculare profuivium, sed veniat Naboth, qui venit a patre, sicut significat nominis ipsius interpretatio, qui vineam sanguine defendat suo, et pro eo mortem offerat; haec Ambrosius. Virginitas ergo vinea fuit dilecto nostro Christo, quam cum primum mundum ingressus est, in matre sua elegit: haec vineam seipsum fortis clausura, qua Maria ab omnium hominum se sequestrabat aspectu, ita ut ab angelo nominis in penetralibus domunculae suae reperiretur, ut ait d. Ambrosius (*super c. 1. Luc.*). Ex hac vinea offensionis lapides amovit dilectus, auferens ab ea omne opprobrium, et maledictionem, qua virgines in populo hebraeo afflicte solebant: ut autem vinea ista ab his, quae illam demoliri student, custodiri posset illaesa, aedificavit in ea turrim, dum Verbum caro in ea factum est. Haec fuit et turris fortitudinis a facie inimici, ut davidicis verbis utar, perpetuam eius conservans virginitalitatem.*

Ad haec insignis est locus Cant. 7. aperte Marianam virginitalitatem indicans: *Iuncturae femorum tuorum sicut monilia, quae fabricata sunt manu artificis: per iuncturam femorum virginis uteri clausuram designat: sicut enim divisio femorum lasciviam portendit, iuxta illud Ezechielis (cap. 16.): Dreisisti pedes tuos omni transeunti, et multiplicasti fornicationes tuas; ita iunctura, seu coniunctio femorum virginitalitatem designat: unde verbum hebraeum *Hanak*, quod correspondet latino *iuncturae*, significat orbem, vel circumulum, quem constat nullibi habere divisionem, et undique esse clausuram. Confirmat idem comparatio illa monilia: sicut monilia, quia, ut auctor est d. Ambrosius (*ser. 17*), monile erat torques, qui triumphantis collo appendebatur; constat autem torquem orbicularis figurae esse, ex nulla parte apertum: quia tamen insigne hoc virginitalis donum, quod in Maria tantopere fulsit, non fuit monile a Mariae industria fabricatum, sed coelestis collatum, ideo addidit, quae fabricata sunt manu artificis: quia manus illius summi artificis divinae gratiae operatione illud elaboravit. Addit autem Alanus, nobilis auctor, in commentario huius loci per *iuncturam femorum* intelligi connexionem virginitalis corporalis cum mentali; vel, ut aliis placet, concordiam virginitalis cum maternitate: verba illius haec sunt: *Femora solent esse generationis signa: iunctura autem femorum nihil aliud intelligitur, quam concordia duarum foecundita-**

*tum, quae fuerunt in Virgine, una mentis, et altera ventris. Et haec iunctura fuit sicut monile, id est, habuit secum duplicem contem, virginitalitatem carnis, et virginitalitatem mentis. Per monile solet notari castitas: monile enim solet apponi pectori ad ornandum, et in castitatis signum; unde dicitur monile, id est, monens castitatem: est ergo signum: Iuncturae femorum tuorum sicut monilia, id est, sicut tu praedita es duplici foecunditate, ita duplici virginitalitate. Est autem observandum ad huius explicationem, Marianam virginitalitatem non esse instellarum virginium, sed puriorem, et excellentiorem, ac omnis illecebrae carnis expertem; et ideo continuo addidit illa alia verba: *Umbilicus tuus sicut crater tornatilis: quorum tam praeclearam, quam ingeniosam expositionem reliquit nobis Rupertus Abbas (super cap. 7. Cant.):* *Ista laus tua, o libera Synamitis, opocast est ancillae vituperationi, quam apud iam dictum habemus his verbis: et quando tua es, non est praecipuus umbilicus tuus, et aqua non es lota in salutem. Quibus utique verbis lazaricae superfluitatem vituperat; quia viris quidem in lumbis, foeminis autem in umbilico lazarica est, testante Domino, qui de diabolo loquitur ad b. Iob: Virtus eius in lumbis eius, et potestas eius in umbilico ventris eius. Igitur umbilicus tuus crater tornatilis quid est, nisi ac si diceret, perfecta est in te virtus castitatis, et liberata es ab omni carnalis appetitu voluptatis? Parum quippe fuisse ad laudem verae virtutis dixisse iuncturae femorum tuorum sicut monilia, nisi istud addideret, umbilicus tuus sicut crater tornatilis, nunquam indignus pocius, quia scilicet illo praecedenti versiculo solum denegatur opus sine affectu carnalis commercii; isto autem sequenti, appetitus quoque cogitationis, qui si inesset, nunquam veraciter diceretur, umbilicus sic praecipuus, immo et circumcinctus, ut crater tornatilis; neque adderetur adhuc, nunquam indignus poculis. Quidnam est umbilicum non indigere poculis, nisi non vni vel sitire per appetitum libidinis. Tanta igitur fuit Mariae virginiae puritatis excellentia, ut idem locus, in quo in aliis virginibus carnis concupiscentia ardet, in Virgine, quae Deum, et hominem genuit, sedes libidinis non fuit, sed sanctitatis, non obscenitatis, sed honestatis, non turpitudinis, sed decoris, unde nihil unquam pudendi motus experta fuit: nec illud Pauli (Rom. 7) sibi usurpare poterat: *Video animam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae: unde Alanus (praecit. loc.) dixit: In Virgine Deum parturata locus ille ab initio singulari quadam gratia consecratus erat, in membris autem aliarum virginum non ita: nempe, in illis ignis concupiscentiae contra quem assidue dimicant, vicit usque ad finem vitae, et solum virginitalis bono, innoti mali violentos motus patiuntur. Ita ergo in illis est virginitalis salve, ut tamen non sit satis pura: ita expertis corruptionis, ut tamen non sit immunis a sordibus malae titillationis.***

Frequenter etiam antiqui Patres, praecipue tamen Rupertus, verba illa sponso (*Cant. 7*): *Horius conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus, hortum vocat coelestem spon-*

sum, Mariam propter foecunditatem, conclusum propter virginitalitatem: itaque hortus fuit, quia mater, conclusus, quia virgo; hortus vero conclusus, quia mater pariter, et virgo. Dignum miraculum, quod frequenter inculcetur; subiungit: *fons signatus, sigillo scilicet virginitalis perpetuae, ut exponit Guilielmus (super c. 1. Cant.), habente imaginem sponsi coelestis in impressione annuli, de quo s. Agnes dixit: Annulo suo subharavit me Iesus. Verum si a sponso vocatur Maria fons signatus, et clausus, quomodo infra appellatur ab eodem: fons hortorum, puteus aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano? si enim est fons clausus, quomodo aquae fluunt ab ea? Et si aquarum suarum avara, illas in se conclusas retinet, quo pacto dicatur ab illa fluere, et communicari. Voluit certe Spiritus sanctus significare in Maria maternitatem cum virginitalitate coniunctam esse; unde primo vocat eam fontem clausum, alium de aquas non recipientem, quia ex virili semine non conceperat; ecce virginitalitatem: vocat deinde eandem hortum aquarum fluentium, quia peperit Christum Dominum: fontem aquae vivae salientis in vitam aeternam; ecce foecunditatem. Vel aliter: clausus puteus erat b. Virgo, quia virgo nunquam patuit, ipsa dicente: *Quoniam virum non cognosco; aperta autem, et patens Spiritus sancti virtuti illam foecundantem, iuxta verba angeli: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: unde sicut concillium ex parte inferiori omnino clausum est, ne terrestrem humorem sugat, ex parte vero superiori apertum est, ut coelestem influxum recipiens preliosam margaritam in se concipiat; non secus in Deipara Maria inferior portio animae eius clausa erat omnino non solum libidinis, sed et omni terrestri affectui, portio vero superior eiusdem coelestibus imbribus, ac divinis Spiritus sancti influxibus patebat, quibus ipsa plena, et locupletata copiose Ecclesiam catholicam irrigat. Recte ergo fontem signatum, et puteum aquarum viventium, quae fluunt de libano, illam vocat. Facile ad idem secundum expositionem Rupertii alii alius clausum locus (c. 4): *Duo ubera tua sicut duo hinnuli caprae gemelli, qui pascentur in liliis. Scio doctores in variis abissi- sententias in expositione horum verborum: quidam enim per duo ubera intelligunt velus, et novum testamentum, quibus Ecclesia lac suae doctrinae fidelibus propinat. Alii per duo ubera intelligunt duas tabulas legis mosaycae; alii amorem Dei, et amorem proximi significare autumant; alii ad virginem illa referentes aiunt, per duo ubera denotari duplicem eius maternitatem, primam naturalem respectu Christi, secundam spiritualem respectu fidelium, quos in filios adoptavit. Sed melius Rupertus (super c. 4. Cant.) nostro argumento inserviens docuit per duo ubera intelligi virginitalitatem Deiparae cum foecunditate coniunctam; unde eleganter dixit: *Nulli unquam foeminae contigit, ut isdem uberibus lactet flumem, et virgo permaneat, et sola utrumque gratiae tantae donum apprehendat.****

Ad haec sub nomine Melchisedech, sub quo Christum Dominum intelligi unanimis est om-

num Patrum sententia, quam verba Davidis satis confirmant (*Psal. 109*): *Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech: nec non et d. Pauli (ad Hebraeos) scribens, arcanum natalitatis illius ex matre virginis delitescere, ut auctor est d. Gregorius Nazianzenus (ser. 38); qui affirmat Christum Dominum in natalitate sua factum fuisse integrum Melchisedech, quia, ut auctus satis adnotavit ibidem Niceas eius interpres, Filius Dei ante incarnationem erat semi-Melchisedech, quia licet ex patre, non tamen ex matre processerat; cum vero homo ortus est ex muliere, integrum Melchisedech factus est, utpote qui sine matre in aeternitate, sine patre in tempore genitus est. Sicut ergo, ut fingebant antiqui, Minerva ex Iove patre absque matre, et Mars ex matre sine patre; ita non ficte, sed veracissime Christum confitemur ab aeterno sine matre, et in tempore absque humano patre natum. Unde Franciscus Georgius (*in harmon. mundi cant. 2. tom. 6. c. 7*) adnotavit, nomen *Iesus* componi ex illis duobus nominibus *Iehova*, et *Miriam* ad significandum Christum Dominum esse ex *Iehova* sine matre, et ex *Miriam* sine patre; cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA XII.

De integerrima Deiparae Mariae virginitalitate pulchra, et solida ex priscorum Patrum selectioribus monumentis contextur catena, quae ob singularem eruditionem, ac uberimam conceptionum animi copiam, non poterit legenti non utilis esse pariter, et jucunda.

Illud sane non leve, imo irrefragabile argumentum esse arbitror adversus haereticos, quod omnes sancti Patres, nullo dempto, unanimi consensu, Mariae virginitalitatem nunquam violatam constanter asseverant, quos inficari velle summa temeritas, perficitae frontis iudicium, excerranda inverecundia, immo apertissima fatuitas et amentia est: maxime Christo Domino ad illos dicente (*Matt. 10*): *Nec enim estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Primum ergo huius catenae anulum apponat divus Cyrillus Ierosolimitanus (catech. 18), qui perdocte, ac eruditè adversus Deiparae Mariae virginitalis infestissimos hostes in hunc modum invenitur: *Perquire, utrum sit difficultis, senem et sterilem, multiebrum iam deficientibus, parere, aut virginem invicem generare? sterilem erat Sara, et deficientibus iam muliebribus, praeter naturam peperit. Igitur cum et sterilem, et virginem parere, sit praeter naturam, aut utrumque nega, aut utrumque concedo: idem enim Deus utrumque operatus est. Neque enim audebis dicere, quod illic quidem possibile, hic autem impossibile est Deo. Et rursus: Quae natura manum hominis non habet in diversis speciebus mutare potest, et rursus restituere? quomodo igitur Moyses manus sicut nix alba apparuit, et rursus statim albedine illa destituta est? Sed dices: quia**